



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 114. Continuatio belli ob controversam Hispanicæ Monarchæ  
successionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](#)

hasce pecunias obstrictum iri, si quan- Sæc. XVII.  
docunque contra inita pacta Bernen- A. C. 1706.  
sium jurisdictionem in Vallem Monaste-  
riensem violaturus esset.

### §. CXIV.

#### *Continuatio belli ob controversam His- paniæ Monarchiam.*

Initia hujus anni in Italia Gallis fuere Wagner  
admodum secunda, finis vero op- vita Jos. I.  
pido funestus; quamvis enim Josephus Imper.  
Imperator geminos exercitus, eosque Kettel. l. c.  
validos comparasset, ut alter in Pede- pag. 325.  
montio bellum sustineret, alter in Lon- Calmet Hist.  
gobardia illud strenue prosequeretur, Univ. t. 17.  
pag. 196.  
Vendomius tamen viribus superior Cæ-  
sareis ad Calcinatum cæsis, atque oc-  
cupata Mutinensi ditione die sexta Ja-  
nuarii Nizzam urbem interceptit, cun-  
ctasque (excepta Susa) munitiones  
in Pedemontio diruit: Athesis tamen  
transitum Eugenio Principi cum novis  
militum supplementis accurrenti pro-  
hibere, incassum adlaboravit. Hic e-  
nim levioribus primum, iisque secun-  
dis præliis nuperam cladem ultus,  
Athesin Padumque trajecit, ac Augu-  
stam Taurinorum, quam Urbem Fevil-  
lardus Franciæ Marescallus capta jam  
arce, arctius icluserat, obsidione li-  
beravit; intercepto enim per Viscon-

Ee 5 tium

Sæc. XVII. tium Marchionem ingenti bellici ap-  
A. C. 1706. paratu atque annonæ supplemento  
Eugenius die septima Septembris Gal-  
lorum castra tanta fortitudine invasit,  
ut superatis omnibus munimentis, ca-  
ptisque omnibus impedimentis ac belli  
tormentis fusi, confusique partim gle-  
dio caderent, partim in fugam acti,  
partim capti Victorum clementiam  
exorarent: occubuere præter Mar-  
nium Marescallum duodecim Gallorum  
millia, vulnerati ferme omnes, atque  
inter eos ipsemet Aurelianus Dux non  
uno vulnerè saucijs: capti Ordinum  
Ductores trecenti, gregariorum se-  
millia, & bis mille ac ultra ad Cæ-  
reos transfugere, quos inter præte-  
tres alios Ductores præcipiūs erat Bon-  
nevallus execrandi nominis Vir, <sup>11</sup> postmodum Turcicæ superstitionis Se-  
tator. Ex Cæsareis periere peditum  
prope octingenti unācum Hoffmanno  
Tribuno, & Centurionibus viginti  
vulnerati duo millia centum triginta  
novem. Parta hac victoria Chivas,  
Laudum, Alexandria, Tortona, Cal-  
lis, Comum, Pavia, Novaria, aliæ  
que urbes Victoribus claves obtuleri  
totaque Insubria pactis pacis legibus  
Cæsari redditā est, excepta sola Me-  
diolanensi arce, quam Marchio de Flo-  
rida pertinacius propugnabat.

Ne

Nec multo feliciore Marte Gallo-  
Hispani pugnabant in Catalaunia; A. C. 1706,  
quamvis enim Philippus Andegavensis  
capta jam Montiovina arce Barcinonem  
acerrima obsidione ad extremum rede-  
gisset periculum, adventante tamen  
classe Anglica ipse cum suis die septima  
Maij remis velisque totis aufugit, ac  
Theseus Marescallus quinta post die  
obsidionem solvere coactus, relictis  
belli tormentis, omnique apparatu  
fuga salutem quæsivit, ejus exercitu  
ab incolis nisere discepto: unde Phi-  
lippo Andegavensi cum suorum paucis  
Madrito Segoviam sedente, hæc  
Urbs sese Carolo Archiduci die vi-  
gesimo quarto Junii dedit, & post  
quam Gallowajus Angli & Lusitani  
exercitus Ductor fuso Berwicki agmine  
Alcantaram, pluresque Castiliæ urbes  
occupaverat, totaque Valentia, & Ara-  
gonia sese Carolo subjecerat, hic abs-  
dubio totum Regnum sibi vendicasset  
nisi Lusitani a Gallis intercipi veriti  
ulterius progrederi renuissent, & subsi-  
dium Anglo-Batavicum Schovellij  
classe deferendum nimium tradasset; hac  
enim mora Philippus opportune usus,  
ex altera Henares fluminis parte copias  
magno numero contraxit, atque Alca-  
tam, Carthaginem, Salamancam, Alcan-  
taram, pluresque alias urbes partim vi-

par-

Sæc. XVII partim ultronea ditione recuperavit,  
A. C. 1706 ejectoque ex Castilia Carolo ac re-  
dentibus Lusitanis die vigesima secun-  
da Septembris Madritum reversus est:  
mox in omnes, qui Austriacis partibus  
favebant, fævire cœpit, cunctosque  
suis amovit officiis, Josephum Haubro-  
num Mediolanensis Ducatus Secre-  
tarium patibulo affigi. Alexandrum Sa-  
vedram Hispaniæ Magnatem e fenebris  
projici, diversas ædes flammis absundi.  
Comitem de Lemos & tres fratres de  
Moras, Ducem Infantadum, aliosque  
bonis omnibus proscriptis perpetuo car-  
cere, alios triremibus damnari præce-  
pit, insuper Patrem Sanchez ferre  
inclusum caveæ ac nonnisi semel in die  
mucido pane & aqua refectum tem-  
carceri mancipavit, & Mariam Annam  
Caroli II. Hispaniarum Regis Vidua  
velut captivam ex Hispania Bajonam  
relegavit, utque Hispanos Proceros  
populumque vatiniano in Archiducem  
odio sub Religionis obtentu incenderet.  
omnes Austriacos tanquam perstiferos  
hæreticorum fautores, eo quod in Re-  
gnum hæreticorum copias invexissent,  
fugiendos, armisque propulsandos e-  
vulgavit: Injunctum quoque cunctis  
Sacerdotibus, ut ipsum Carolum Archi-  
ducem de hæresi criminè postularent,  
gravibusque verbis imminens Religio-

nis periculum populo exponerent: nec Sæc. XVII.  
id ægre a Clericis obtineri poterat; A. C. 1706.  
cum enim ipsemet summus Pentissex  
Religionis indemnitati potentius per  
Borbonios consultum persuasus, non  
alium, quam Andegavensem pro Rege  
haberet, ejus exemplo incitati Eccle-  
siarum Præfules, Sacerdotum Collegia,  
& Monasteriorum Antistites non modo  
Gallis favebant, sed etiam nil crebrius,  
nilque speciosius orationis argumentum  
e pulpito tractabant, quam Rege Ca-  
tholico hæreticorum ope intruso, reli-  
gionem, Inquisitionis tribunal, invi-  
ctum haec tenus contra sectas aggerem,  
Templorum, Divorum, rituumque Sa-  
crorum sanctitatem eversum iri. Eo-  
dem hoc spiritu animati Murciensis &  
Oriolensis Episcopi relicto pedo arma  
dextris aptarunt, multisque se facino-  
ribus durante bello illustres reddide-  
runt, ac præcipue Murciensis Episco-  
pus a Philippo Pro-Rex constitutus,  
Murciam urbem omnibus privavit privi-  
legiis, eamque militi diripiendam reli-  
quit, Saluzzus quoque Marchio captam  
Exeam urbem flammis exussit, om-  
nesque exceptis pueris, fæminis, &  
senibus, interfici, Patresque Capucci-  
nos, eoquod Carolo adhæsissent, ca-  
ptivos Pampellonam abstrahi jussit.  
Atque hunc quidem cursum hoc anno  
habuere res Hispanicæ.

In

Sæc. XVII. In superiore vero Germania Villa  
A C. 1706. rius Gallorum Archistrategus Ludovi-  
 ciā arcem obsidione liberavit, capta-  
 que Hagenoa & Cæfareorum arm-  
 mento Palatinatum inferiorem exactione-  
 nibus & rapinis exhausit, latius pe-  
 stem circumlaturus, nisi Marleburgū  
 in Brabantia die vigesima tertia Maii  
 ad oppidum Judoigne Gallos Bavaro-  
 que tanta clade prostrasset, ut ex sexaginta  
 vix triginta millia superessent  
 mox etiam Victori claves obtulerunt  
 Lovanium, Bruxellæ, Mechlinia, Antwerpia,  
 Gandavum &c. totaque Brabantia Carolo Archiduci homagium  
 præstítit, ac demum continuato vi-  
 riā cursu Ostenda, Mena, Dendre-  
 feimunda, & Athum Cæfareorum  
 mis cessere.

### §. CXV.

#### *Imperii sententia contra Colonensem & Bavarum Electores.*

Gottfrid. Jam anno priori Elector Palatinus, u-  
*Hist. cont.* primum inter Electores locum unde-  
*t. 14. p. 631.* cum Palatinatu superiore obtinere,  
 & 650. Colonensem & Bavarum Electores  
*Hode Hist.* proscribi, tanta vehementia urgebat,  
*de Louis* ut in Electorali Collegio die vigesima  
*XIV. p. 493.* septima Novembri concluderetur, dan-  
*Calmet l.c.* dum esse Cæsari consensum ad exequas